

LIBER

Contra iudæos:	li.	j	
Sūma de naturalibus:	li.	j	Plurimorū astrictus.
Sermones de tempore:	li.	j	
Sermones de sanctis:	li.	j	
Sermones de quadragesima:	li.	j	
Super li. Posteriorū:	li.	ij	
Super Pbyficorū:	li.	vij	Omnis doctrina &c.
Super Metaphysicā:	li.	xij	Naturali p̄bilosophia.
Super de anima:	li.	ij	Tecū sapientissime re.
Summa p̄bilosophiæ:	li.	j	Tanta litterarū &c.
Logica duplex:	li.	ij	Colloquiū infā. &c.
Sup de generatiōe & cor.	li.	ij	Conspiciens & cætera.
Sup li. Porphyrij.	li.	j	Humanarū diuinarūq;
Super li. prædicam̄torū:	li.	j	Maxima & forti &c.
Sup cōsequētis Strodī:	li.	j	Quærenti mibi &c.
Et alia complura.			letum deū & hominē.

Claruit sub uençilao imperatore: Anno dñi Millefimo. CCCC. Et iuuenis decessens in sacristia sui ordinis Venetijs sepultus est.

Iacobus de Thessalonia: ordinis fratrum prædicatorum: uir in diuinis scripturis eruditus: & secularium litterarum non ignarus: ingenio excellens: sermone nitidus atque compositus: in declamandis sermonibus ad populum: nulli suo tempore secundus. Edidit quaedam præclara uolumina: quibus nominis sui laudabilem memoriam posteris reliquit. E quibus extat opus insigne: de moribus hominum: & officijs nobilium ac popularium prænotatum: materiam præferens

De ludo schacorum:	li.	iiij	Inter oia genera signorum.
Sermones uarij	li.	j	

Alia uero quæ scripsisse dicitur: ad noticiam nostram minime uenerunt.

Thomas de Haselbach: natione teutonicus: in scripturis sanctis eruditus: & secularis philosophia non ignarus: ingenio præstans & sermone scholasticus: sed nimis diffusus & plixus: & ob id reprehensioni quorundam obnoxius. Nam cum esset ordinarius sacrae theologiae lector in gymnasio wenenli: uno & uigintiannis in Esaiam prophetam legens: ad fine primi capituli non uenit. Scripsit nonnulla in scripturis diuinis opuscula: de quibus ferunt subiecta: multa uolumina:

In Esaiam prophetam.	li.	j	
Super sententias:	li.	iiij	
De decem præceptis:	li.	j	
De .v. sensibus hominis:	li.	j	Postquam dei dono taliè qliter
Sermones de tempore:	li.	j	
Sermones de sanctis:	li.	j	

Et alia multa.
Claruit temporibus Rupertii regis Romanorum: & Gregorij papae duodecimi: Anno domini Millefimo. CCCC. X.

Thomasinus patria Ferrariensis: ordinis fratrum prædicatorum sancti Domini: uir in scripturis sanctis studiosus & doctus: in delictis populorum corripendis declamator egregius: fert quaedam ad instructionem simplicium sacerdotum præclara cudisse opuscula: quibus nominis sui noticiam cum laude transmisit ad posterum. De quorum numero potissime ferunt:

Sermones de tempore.	li.	j	
Sermones de sanctis:	li.	j	
Sermones per quadragesimam:	li.	j	

Cætera uero quæ composuit: ad noticiam nostram hucusque non uenerunt.